HIERONYMUS
um 836/859 Seite 201v
Quelle: https://manuscripta.at/?ID=38178
Copyright: Salzburg, Erzabtei St. Peter, Benediktinerstift, Bibliothek

interram corruet. & uocabo aduersũ eum in
cunctis montibus meis gladiũ siue omnem
formidinẽ gladii. dicit dnus dus; gladius unius cuius
que siue hominis in fratrem suũ dirigetur. &
iudicabo eũ peste siue morte & sanguine &
imbre uehemenri & lapidibus imm ensis siue
grandinis. ignem & sulphur pluam & super eum
& super exercitũ eius siue super omis quicũ eo sunt
& super populos multos qui sunt cum eo. & magni
ficabor & scificabor & notus ero in conspectu
gentiũ multarũ & scietis quia ego sũ dnus; primũ
historiae fundamta iacenda sunt. sciendũq;
quod adhuc ezechiel prophetam iste extremus
sermo sit dni, neque enim post hunc simile
quid possumus inuenire. praeter illud quod
quod in uicesimo quinto anno scriptũ est trans
migrationis hiaechonioniae; facta est super me ma
nus dni. & adduxit me illuc hoc est in terra israel
quando aedificatio templi describitur. & ce
rimoniarũ eius ordo narratur. deinde obser
uandũ quod ponitur siue offirmatur facies
prophetae contra gog terram siue terrae
magog terram siue terrae magog; offirmatio